A.V 9/d

# KOREFF.

482-18

# ARCHAEOLOGIA MEDICA

# ALCORANI,

## MEDICINAE HISTORIAE SYMBOLA.



AUCTORE

*A. J. A. DESBERGER*

DOCTORE ET MEDICO IN EXERCITU REGIS BORUSSICI,
COHORTIS SUPERIORE ETC.



GOTHAE ET ERFORDIAE

SUMPTIBUS GUIL. HENNINGS

*MDCCCXXXI.*




*Hodiernum cras jam est antiquum.*

# Prooemium.

*Citationes Alcorani in medicina rarissimae, frequentissimae contra Bibliae sacrae, et tamen satis inveniemus.*

*Sparsum est omne in Alcorano medicinae, et lecto rarissime, sane, non leviter inveniendum, quod ad causam.*

*Omni exhibito, in opinione sum, laborem meum non esse inutilem.*

Digitized by the Internet Archive
in 2017 with funding from
Wellcome Library

https://archive.org/details/b29339856

## Aetas hominum.

Aetas permaxima

mansitque cum eis (Noah) mille annos praeter quinquaginta annos, postea sustulit eos deluvium; Sur. 29,14

aetatem hominum esse definitam dicitur.

Ipse est, qui creavit vos ex luto: deinde constituit metam vitae vobis: — 6,2

Mens debilis signum est aetatis.

Et Deus creavit vos: deinde defungi faciet vos, et ex vobis aliquis reducetur ad deterius aetatis, ita ut nesciat post scientiam quidquam (id est, obliviscatur omnino illius, quod sciebat), quippe Deus est sciens, potens. — 16,70

— et ex vobis quispiam deducitur ad deterrimum aetatis (id est ad extremum senium) ita ut nesciat post scientiam quidquam (id est, obliviscatur omnia, quae sciebat antea). — 22,5

## Anthropologia.

Abstinentia cibi per duos menses praescripta.

— observat jejunium duorum mensium continuatorum. — 4,91

— imparatur illi jejunium duorum mensium sese insequentium [1]). — 58,4

Crura conjicere usus est moriendi.

Et conjunxerit se crus cum crure. [2]). — 75,29

Feminam primam viro exortam fuisse, et genus humanum a duobus originem ducere, itidemque homo e viro et muliere in matrimonio constare contenditur.

Sur. 7,189 Ipse est, qui creavit vos ex anima una et fecit ex ea conjugem ejus, ut cohabitaret ipsi cumque cooperuisset eam portavit pondus leve, propterea facile incessit cum illa.

— 2,35 Et diximus: O Adam: habita tu et conjux tua Paradisum

— 7,20 habita tu et uxor tua in Paradisum.

— 7,173 Et cum accepit Dominus tuus a filiis Adam ex dorsis eorum sobolem eorum;

— 17,86 Spiritus est ex negotio Domini mei (id est ex iis rebus, quarum scientia spectat ad Deum) neque datum est vobis de scientia.

— 79,1 Per abstrahentes cum violentia.

— ,2 Per leviter trahentes cum facili tractione.

[:id est homini animam extrahere:]

— 4,1 qui creavit vos ex anima una (Adam) et ex ea conjugem ejus (Heva)

Homo corpore et anima est conjunctus

— 15,29 cum ergo perfecero illum, et insufflavero in eum de spiritu meo.

Homo primus niger fuisse dicitur.

— 15,26 Et jam quidem creavimus hominem ex argilla sicca, et luto nigro conformato.

— ,28 Equidem creaturus sum hominem ex argilla sicca, et luto nigro conformato

— ,33 quem creasti ex argilla sicca, et luto nigro conformato

Jana in piscis stomacho vixit

— 37,142 — et degludivit eum piscis

— ,143 Profecto mansisset in ventre ejus usque ad diem.

Et ejecimus eum e ventre piscis in litus [3]) Sur. 145

Mens mulierum debilis esse dicitur.

Et advocate in testimonium duos testes ex viris vestris. — 2,283

Quod si non fuerint duo viri, saltem ut unus vir et duae mulieres ex iis, quas malueritis de testibus: si erraverit una earum per oblivionem, revocabit in memoriam uni earum altera.

Virginum venustas.

Oculis amplis, atque impense nigris — 55,72

Quasi ipsae essent hyacinthus et margarita — 57

— nigricolae, amplioculae — 56,24

Quasi similitudines margaritae absconditae in concha. — 25

Et puellae coetaneae praeditae uberibus turgidis — 78,32

Et conjugabimus eos cum puellis amplos, pulchrosque oculis habentibus. — 52,20

Asphixia.

Retractio in vitam (dicta fabulosa)

Et quando occidistis animam (id est hominem) et contendebatis invicem pro ea: et Deus proferens fuit in lucem quod celabatis. — 2,72

Dicimus enim: Percutite eum (id est hominem occisum) parte illius (id est vaccae immolatae). Sic vivificat Deus mortuos, et ostendit miracula sua — 73

et mori fecit eum (Abraham) lues, et mortuum liquit centum annos: deinde suscitavit eum [4]). — 260

Chirurgia.

Exanthemam chronicam frequentissimam fuisse verisimile [5]).

Sur. 3,165 — et mundaret eos.
(vide: Medicorum et medicinae status: Curatio etc.)

## Conservatio mortuorum.

— 80,22 Cadaveres in terram conjiciuntur.
Et tumulabit eum.

## Diaetetica.

### Abstinentia cibi:

Abstinentia cibi non est observanda nocte.
— 2,188 Comedite et bibite per totam noctem, donec appareat distincte vobis silum album a silo nigro in aurora.
Deinde perficite (id est observate) jejunium ab aurora usque ad noctem: et ne copulemini cum illis (feminis) [6].
— 2,184 O, qui crediderunt, scriptum est super vos jejunium, sicut scriptum fuit super illos, qui fuerunt ante vos.
— 2,186 Mensis Rhadaman destinatus est vobis ad jejunandum. Itaque, qui praesens fuerit ex vobis, huic mensi jejunet illum.
Et tantum ut compleatis numerum horum dierum, et ut magnificetis Deum.
— 2,188 Concessa est vobis nocte jejunii conjugalis accessio ad uxores vestras.
— 2,197 redemptio rasionis capitis erit ex jejunio trium dierum;
— praescribitur ei jejunium trium dierum in
— 2,197 peregrinatione, et septem, cum reversi fueritis in patrias vestras. Isti erunt decem dies completi.
— 2,185 Dies numeratos habebit jejunium; qui autem ex vobis eo tempore aegrotus, vel in itinere:

numerus ex diebus aliis aequalis accipiatur ab eo ad jejunandum.

Qui autem aegrotus fuerit, vel in itinere, accipiatur ab eo numerus ex diebus aliis. Sur. 2,186

Et condiximus Moysi triginta noctes; et complevimus eas cum decem: completumque est tempus constitutum Domini tui quadraginta noctibus. — 7,142

Coturnices (vide: Manna).

Lex cibi:

Fundator legis cibi Moseh fuisse dicitur.

Omnis cibus fuit licitus filiis Israel, praeter eum, quem prohibuit Israel super animam suam antequam demitteretur Pentateuchus. — 3,93

Lex cibi partim poena est filiis Israel.

Et illis, qui sunt Judaei prohibuimus omne habens ungulam non fissam; et ex bobus et ovibus prohibuimus eis adipem utrorumque, praeter eum, quem ferunt terga eorum aut viscera, aut eum, qui commixtus est cum asse, qualis est in cauda. Haec rependimus illis propter improbitatem eorum. — 6,146

Genera bestiarum vesci prohibita.

Et illis, qui sunt Judaei, prohibuimus omne habens ungulam non fissam; — 6,146

Bestiis comparandi sunt, qui legem cibe non observant; qui vero infideles fuerint, deliciis indulgebunt, et comedunt sicut comedunt pecudes. — 47,13

Camelus vesci permissum.

Comedite ergo ex illis (id est carne cameli). — 22,30

Et camelos dedimus vobis inter cultus religionis Dei. — 38

manducate ex illis, et cibate ex illis.

Legis cibi explicatio:

et super eos, qui potuerint illud servare, et tamen fregerint: imponitur peccati sui re- — 2,185

demptio (id est vice illius) cibatis unius pauperis. Qui autem sponte praestiterit id, quod est melius, cautius cibando pauperem, quam lex praecipiat: hoc melius erit illi; sed quod jejunatio, melius erit vobis, quam frangere jejunium, vel pro jejunio cibare pauperem.

Sur. 5,4 Prohibetur vobis morticinum, et sanguis, et caro porci, et quod immolatum est alii, quam Deo: et suffocatum: et quod occisum est percussione et quod cadens ab alto mortuum est, et quod cornu ictum interiit; et quod comedit fera: (exceptis iis, quae adhuc viva reperientes, vos ipsi mactaveritis) et quod immolatum fuerit simulacris.

— 5,5 Licita facta sunt vobis bona: et quae docueritis animantibus venaticis in modum canum (id est quod captum fuerit a hujusmodi animantibus).

Comedite igitur ex eo, quod apprehenderint vobis et commemorate nomen Dei super illud.

— 6,118 Comedite igitur ex eo, super quod commemoratum est nomen Dei, si estis in signa ejus credentes.

— 5,4 Quod vero exquiratis partitionem (id est sortitionem rerum) per sagittas, hoc illicitum est.

— 6,142 Et ex pecoribus quaedam sunt apta ad onera ferenda, et quaedam inepta ad portandum. Comedite ex iis, quae in alimentum praebuit vobis Deus.

— 6,143 Octo paria ex pecoribus dicunt Meccani prohibuisse Deum. Ex ovibus duo paria, masculum et foeminam. Dic illis: Duosne masculos prohibuit Deus, an duas foeminas? an quicquid continent vulvae duarum foeminarum! sive masculum sit, sive foemina?

Et ex camelis prohibuit duos, et ex bobus duos. Sur. 6,144
Dic: an Deus duos masculos prohibuit, an duas foeminas? an quicquid continent vulvae duarum foeminarum?

Jam male perierunt, qui occiderunt filios suos stulte sine scientia et prohibuerunt id, quod in alimentum tribuit illis Deus. — 6,140

Legis cibi repetitio:

O Legati, comedite de rebus bonis (id est licitis). — 23,53

Comedite ex eo quod est in terra licitum bonum. — 2,170

Certe Deus interdixit vobis morticinum, et sanguinem, et carnem porci, et id super quod, dum immolaretur, invocatum est aliud nomen, quam Dei. — 2,175

Concessa autem sunt vobis ad comedendum omnia pecora. — 22,32

Comedite igitur ex eo, super quod commemoratum est nomen Dei, — 6,118

Et ne comedatis ex eo, super quod, dum mactaretur, non fuerit commemoratum nomen Dei. — 6,121

Porro prohibuit vobis morticinum, et sanguinem, et carnem porci, et illud, quod immolatum est alii, quam Deo. — 16,115

et licita faciet eis bona (id est cibos bonos antea prohibitos) et inderdicit eis mala. — 7,158

Comedite de bonis, quae in alimentum praebuimus vobis. — 7,161

Legis cibi commemoratio:

Et quid causae est vobis, ut non comedatis ex eo, super quod commemoratum est nomen Dei, dum mactaretur? et jam distincte praescripsit vobis, quid praehibuerit vobis, — 6,119

praeter id, ad quod comedendum necessitate compulsi fueritis.

Sur. 6,138 Et dixerunt: haec pecora et facta prohibita sunt, non vescetur illis, nisi is, quem voluerimus; pronunciantes hoc ex opinione sua: et sunt pecora, quorum prohibita sunt dorsa ad onera ferenda et equitandum, et sunt pecora, quae non commemorant nomen Dei, dum mactantur.

— 6,139 Et dixerunt: Id, quod est in ventribus horum pecorum licitum est maribus nostris, et prohibitum uxoribus nostris. Quod, si fuerit morticinum, ipse ejus particeps est.

— 5,49 — Comestores illicitorum.

— 2,172 Et cum dicitur illis (id est infidelibus): sequimini id, quod demisit Deus (id est revelavit de unitate sua, et cibis licitis): respondent: Imo sequimur id, super quod inveniemus patres nostros. An vero sequerentur eos, etiamsi patres eorum, qui non credunt.

— 5,97 Et comedite ex eo, quod praebuit in alimentum vobis Deus, licitum bonum:

— 96 O qui crediderunt, ne prohibeatis bona (id est cibos bonos), quae concessit Deus vobis:

— 6,145 Dic: non invenio in eo, quod revelatum fuit mihi, prohibitum gustandi, qui gustet illud, nisi sit morticinum, aut sanguis fusus, aut caro porci: hoc enim est immundities: aut profanum, super quod invocatum sit nomen aliud, quam Dei.

— 16,114 Comedite igitur ex eo, quod providit vobis Deus licitum bonum.

Legis cibi exceptio:

— 2, 175 At vero, qui necessitate coactus fuerit, non concupiscens, neque transgrediens; non erit

piaculum super eum, si quod horum comederit.

licitum est vobis brutum pecorum, praeterquam quod legitur vobis illicitum venationis, cum vos estis in peregrinatione. Sur. 5,2

Porro qui necessitate adductus fuerit ob famem manducare aliquid ex rebus superius prohibitis, non intendens ad peccatum, — 5,4

Hodie licita facta sunt vobis bona et cibus eorum, quibus datus fuit liber, licitus est vobis: et cibus vester licitus est eis. — 5,6

Porro, qui necessitate compulsus fuerit ad haec comedenda, non ductus cupiditate, — 6,145

et cibus ejus ad usum vobis, et ad viaticum itinerantibus, et prohibita est vobis venatio terrae, quamdiu manseritis sacrae peregrinationi addicti. — 5,105

Qui vero necessitate coactus fuerit ad haec comedenda, non appetens, neque transgrediens (id est non ex libidine comedendi, neque animo legem transgrediendi), profecto Deus erit illi indultor, misericors. — 16,115

Mannae et coturnicum citatio:

et descendere fecimus super vos mannam et coturnices. — 2,57

et demisimus super vos manna et coturnices — 20,75

et demisimus super eos mannam et coturnices — 7,161

Nutrimenta:

Et ex fructibus palmarum et uvarum praecipitis ex eo (id est ex illis) ebrietatem (id est vinum quo, inebriamini) et alimentum bonum. — 16,67

Et ipse est, qui produxit hortos sedentarios (id est olerum, cucumerum etc.) et non sedentarios (id est palmarum et majorum plantarum) et — 6,141

semetum, cujus varius est cibus: et oleas, et mala punica, simile inter se, et dissimile; comedite de fructu ejus, cum fructificaverit.

Nutrimenta in Aegypto:

Sur. 2,61 Olera, cucumeres, lentes, caepae.

Plantae non unicum esse possunt hominis nutrimentum, nullo modo sustinentes erimus super escam unam.

## Generatio.

Propagatio viri magni nati et mulieris (Abraham).

— 15,52 Dixerunt: Ne timeas: Vos quippe annunciamus tibi adolescentem scientem.

— 53 Respondit: an annuntiatis mihi filium non obstante, quod attigerit me grandaevitas? In quo ergo (id est quo fundamento) annuntiatis?

— 11,72 Dixit illa (Sara): Hei mihi! an pariam, et ego sum vetula, et hic maritus meus est senex? (Zachariae)

— 3,39 Certe Deus annuntiat tibi Joannem.

— 40 Respondit: Domine mi: quomodo erit mihi puer, et jam pervenit ad me senium, et uxor mea est sterilis?

— 19,4 — certe ego infirmus sum ossibus ex me respersum est caput canitie;

— 5 — nam est uxor mea sterilis.

— 7 — nos sane annunciamus tibi puerum

— 8 — quomodo erit mihi puer, cum sit uxor mea sterilis, et jam ego perveni ad grandaevam aetatem decrepitus.

— 21,90 Exaudivimus ergo eum, et donavimus ei Joannem, et aptam reddidimus ei ad prolem uxorem ejus.

Magnetismus animalium [7]).

Curatio amaurosis
(vide: ophthalmiatria).

Medicorum et medicinae status [8]).

Anatomia non omnino fuisse aliena verisimile. Sur. 69,46
Deinde abscidissemus ab eo venam cardiacam, ita ut statim moreretur.

Caput radere, si dolorosum, bonum esse conjiciendum. — 2,193
Et ne radatis capita vestra, donec pervenit munus, sed qui fuerit ex vobis aegrotus, aut in eo fuerit malum aliquod ex capite ejus redemptio rasionis capitis erit ex jejunio trium dierum.

Cognitio partus intellectus erat suprema.
Deus scit, quid utero gestit omnis foemina, masculum an foeminam, singulare an geminos, et quantum minuantur vulvare ex conceptu, et quantum augeantur ex illo, et omnis res apud eum est cum mensura. — 13,10

Convulsionum commemoratio.
Qui comedunt usuram, non resurgent in sepulchris nisi quemadmodum surgit ille, quem colliserit satannos ex tactu (id est agitatione corporis, et alienatione mentis). — 2,276

Curatio amaurosis et exanthemae chronicae magnum est beneficium.
et curabo caecum a nativitate et leprosum. — 3,48

Curatio amaurosis et exanthemae chronicae, itidemque surditatis et amaurosis auctoritas sequitur divina
et sanabas caecum a nativitate et leprosum concessione mea. — 5,119
an ergo tu audire facies surdos, aut diriges coecos. — 43,38

Homines surditate laborantes et sine loquela Deo odiosi opinionis esse Arabum videtur.

Sur. 8,21 Certe pessima jumentorum apud Deum sunt surdi et muti.

Retractio ex asphixia in vitam signum est originis divinae.

— 5,119 et cum educeres e sepulchris mortuos ex concessione mea.

— 3,48 et vivificabo mortuos per voluntatem Dei.

## Medicina forensis.

Aegroti, paralitici et amaurosi laborantes militia sunt liberati.

— 48,17 Non erit super caecum piaculum, neque super claudum piaculum, neque super aegrotum piaculum, si non proficiscantur ad bellum.

— 4,97 Exceptis imbecillibus ex viris a mulieribus, et pueris, qui non pollebant viribus, et non dirigebantur ab ullo ad viam,

— 94 — nec morbo ullo laborant.

— 9,93 Non erit super imbecilles, neque super morbosos, neque super eos, qui non inveniunt, quid erogent in bellum sacrum, piaculum, si maneant domi.

Lex matrimonii:

Mulier marita mortuo post menses quatuor et dies decem in matrimonium est ducenda.

— 2,235 Et qui defunguntur ex vobis, et relinquunt conjuges; exspectabunt eaedem conjuges in semitiphis sine novis nuptiis, quatuor menses et decem dies.

Menstruatio terminus est separationis feminae repudiatae.

— 65,1 Cum repudiabitis uxores, repudiate eas in termino earum, et computate terminum.

Menstruatio per menses tres est observanda, si mulier separata in matrimonium est ducenda.

Et repudiatae exspectabunt in se ipsis, ante Sur. 2,229
novum matrimonium, tria menstrua, neque licebit illis ut celent quod creavit Deus in vulvis earum sive menstruum sit, sive proles.

itidem separationis causa.

Quae autem desperaverint menstruum ex — 65,4
uxoribus vestris: si dubitaveritis de hoc, terminus earum erunt tres menses.

itidemque si nondum aderat.

Et eodem modo agatur cum illis, quae non- — 65,4
dum menstrua passae sunt ob defectum aetatis.

Dimissio praegnantium.

Quae vero sunt praegnantes, terminus earum — 65,4
sit, donec deponant foetum suum.

Quod fuerint praegnantes, expendite in eas — 6
quod opus est, donec deponant foetum suum.

Commemoratio legis matrimonii.

Et ne decernatis nexum conjugii, donec per- — 2,236
veniat scriptura ad terminum suum (id est donec observantur quatuor menses praescripti).

## Medicina propaginis.

Coitus actio est religiosa.

Mulieres vestrae sunt ager vobis. Venite igi- — 2,224
tur ad agrum vestrum quomodo cumque volueritis: et permittite animabus vestris aliquid opus pium, seu precationem ante actum conjugii.

Coitus prohibitus quando actio religiosa permaxima.

Sur. 2,198 Qui igitur decrevit in illis peregrinari, ne admittat actum conjugalem.

Coitus oratione nocuit.

— 5,7 (cum steteritis ad orandum) et si fueritis immundi ex coitu, purificamini.

Feminae castae valde existimatae.

— 4,55 ipsis erunt in illis uxores purificatae: (comparandum: Medicinae politia)

Filii solummodo aestimati, non filiae.

— 16,58 Et ubi affertur nuntius alicui eorum de foemina, evadit facies ejus nigra, et ipse tristitia plenus.

Nutrices.

— 2,234 Et si volueritis advocare nutricem natis vestris praeter matrem, non erit piaculum super vos.

— 65,6 Quod si difficultatem experiamini in hoc, itaque ut lactet illi alia (id est, ita ut pater cogatur, adhibere filio aliam nutricem), expendat habens capacitatem ex capacitate sua (id est quantum fert facultas ejus in uxores repudiandas et nutrices).

Nutrices Aegyptiorum.

— 20,35 An ostendam vobis, qui suscipiat educandum illum?

— 28,12 Et impedivimus super eum nutrices.

Nutritio infantis mamma per annos duos praescripta.

— 2,234 Et genitrices lactabant filios suos duobus annis completis ei qui voluerit complere lactationem.

— 31,14 Portavit eum mater ejus in utero cum labore supra laborem, et ablactatio ejus fuit intra duos annos.

— 46,15 Nutritio infantis mamma per menses triginta e ablactatio ejus fuit usque ad trigesimum mensem.

Nutritionis infantum exceptiones.

Quod si voluerit ablactare puerum ante biennium consensu utriusque et mutuo consilio, non est piaculum super eas. Sur. 2,34

Propagationis auctoritas permagna.

Ibi precatus est Zacharias Dominum suum, dixit: Domine mi, dona mihi a conspectu tuo sobolem bonam. — 3,38

O Maria! certe Deus annuntiat tibi verbum ex se, — 3,45
certe ego sum legatus Domini, ut donem tibi puerum sanctum. — 19,19

etiamsi videas, me esse minorem te opibus et filiis. — 18,40

— da nobis ex conjugibus nostris, et liberis nostris hilaritatem oculorum. — 25,74

Et augebat vos opibus et filiis. — 71,12

Medicinae politia.

Castitatis juramentum inire non omnino est permissum. — 2,227

Illis, qui juraverint se non habituros rem cum aliqua ex uxoribus suis, conceditur exspectatio quatuor mensium.

Coitus lege prohibitur in stadio menstruationis.

Et interrogabunt te de menstruo: Responde: Illud est malum (id est immundities). Itaque separamini a mulieribus in menstruo, et ne appropinquetis ad eas, donec purificentur. Cum autem purificatae fuerint, venite ad eas, ex unde praecepit vobis Deus. — 2,223

Feminis valde est prohibitum stuprum.

Et quae flagitium (id est adulterium, seu fornicationem) perpetraverint ex mulieribus vestris, testes advocate contra eas quatuor ex vobis: qui si testificati fuerint de earum flagitio, concludite ac retinete eas in domibus, donec absumat mors. — 4,41

Sur. 4,24 Sint autem pudicae, non fornicariae neque habeant amasios.

Postquam autem nupserint, si perpetraverint flagitium (id est adulteratae fuerint) erogetur illis dimidium illius, quod erogatur virginibus ingenuis de poena propter stuprum.

Matrimonium valde est praescriptum.

— 17,32 Et ne appropinquetis mocchae, quippe haec est nefaria.

— 24,2 Scortatricem et scortatorem verberate unumquemque ex ipsis centum ictibus, et ne capiat vos erga illos commiseratio.

— 3 Scortator non nubet nisi scortatrici alicui, vel associatrici, et scortatricem non accipiat in matrimonium, nisi aliquis scortator aut associator.

— 70,30 Nisi erga uxores suas, aut id quod posse-derunt dextrae earum (id est ancillas suas) hae enim in hoc erunt inculpabiles.

Qui vero concupierit praeter hoc (id est praeter uxores et ancillas) hi erunt praevaricatores.

— 24,31 Dic fidelibus, ut contineant oculos suos et custodiant mentulas suas allicitis: hoc purius erit pro illis.

— 32 et non ostendant ornatum suum (id est partes corporis sui), praeter faciem et manus, nisi maritis suis.

— 33 et copulate matrimonio carentes conjuge ex vobis.

— 32 et non ostendat ornamentum suum (id est corpus suum), nisi quod apparet ex eo

(nempe faciem et manus), et conjiciant peplos suos super sinum suum.

Et contineant se a fornicatione, qui non inveniunt dotem. Sur. 24,34

et ne cogatis ancillas vestras ad meretricium, si voluerint pudice vivere. — 34

Et effoetae ex mulieribus, quae propter gravem aetatem non sperant novas nuptias: non erit super eas piaculum, si deponant vestes suas et ostendant ornatum. — 61

neque fornicantur. — 25,68

Qui vero appetierint aliquid praeter hoc (id est uxores aut id, quod possederunt dextra) hi erunt transgressores. — 70, 31

Et dic fidelibus mulieribus, ut contineant oculos suos et custodiant cunnos suas. — 24,32

Mundities.

Immundus est homo pollutione, coitu, cacatu et minctu, ne accedatis ad orationem cum vos estis ebrii, donec cognoscatis quid dicatis: neque polluti semine, nisi iter agatis, donec abluimini. — 4,42

Et si fueritis aegroti, aut in itinere, aut vestrum aliquis venerit a latrina, vel adtrectaveritis mulieres: — 25,5

et si fueritis immundi ex coitu, purificamini, et si fueritis aegroti vel in itinere, aut venerit aliquis vestrum a latrina; aut contrectaveritis mulieres. — 5,7

Lavare actio est religiosa.

Cum steteritis ad orandum (id est volueritis orare) abluite facies vestras et manus vestras usque ad cubitum; et perfricate frustrocili- — 5,7

cino capita vestra et pedes vestras usque ad talos.

Lavare purgatio est quasi ethica.

Sur. 4,42 nec inveneritis aquam accipite etc.

Sabulo perfricandum si aqua non adest.

— 4,42 nec inveneritis aquam, accipite pulverem, subtiliorem bonum, et abstergite facies vestras et manus vestras.

Polygamia.

— 4,3 ergo ducite in matrimonium, quae placuerit vobis ex mulieribus, binarium, et ternarium, et quaternarium, non plures.

— 5,6 Scortum in matrimonium ducere non est permissum, dummodo pudici fueritis cum illis, neque scortatores earum fueritis, neque habueritis eas in amicas impudice cum iis versantes.

(comparandum etiam: „Matrimonium“ etc. „Scortatrix“ et „Scortator“)

Vinum bibere prohibitum.

— 2,279 Interrogabunt te de vino — Responde: inest peccatum grave: — — peccatum majus est, quam utilitas.

Praederastia [9]).

— 6,15 Et si duo ex vobis perpetraverint hujusmodi flagitium, noxam irrogate utrique.

— 7,81 An perpetratis flagitium, in quo non praeivit vobis ullus ex omnibus saeculis.

— 82 An vos porro acceditis ad viros libidinose praeter mulieres? atque vos estis homines excedentes omnes honestatis limites.

— 11,77 Et venit ad eum (id est Lot) gens ejus, impetuose cucurrerunt ad eum, et antea operabantur mala. Dixit eas Lot: o popule

meus, hae sunt filiae meae. Sunt puriores pro vobis (id est magis licitae, quam masculi) timite itaque Deum, et ne ignominia afficiatis me in hospite meo.

Dixit Lot: Hae sunt filiae meae: si estis facturi hoc flagitium, utemini potius illis. Sur. 15,70

An venitis ad masculos ex creaturis? — 26,164

Ergone vos sane venitis ad viros libidinose praeter mulieres? — 27,56

## Ophthalmiatria.

Amaurosis patris veste filii curata.

Pergite cum interula hac mea, et conjicite — 12,92
eam super faciem patris mei: evadet videns,
nempe Judas cum interula, conjecit eam su- — 12,96
per vultum ejus, et redditus est videns.

## Pharmacia.

Potio medicastris saepissime bonum esse dicitur, cum pervenerint anima ad fauces. — 75,26

Et dicetur a circumstantibus: quis erit a fas- — 27
cinium afferens (id est potionem incantatam, ut convalescat.

Mel est medicamentum.

Et dicit Dominus tuus per inspirationem ad opem etc. — 16,68

— egredietur ex ventribus earum potus di- — 69
versus coloribus: in eo est sanitas hominibus.

## Physiologia.

Facie mens hominis est conspicienda.

Sciet Deus fraudulentiam oculorum, et quid celaverint pectora. — 40,20

Loquela homini repente deerat.

Sur. 3,41 Dixit angelus: signum tuum erit, quod non alloqueris homines, per tres dies, nisi nutu.

— 19,10 Quod non alloqueris homines per tres noctes sospes (id est quantum vir morbo nullo labores).

— 11 Egressus est ergo ad populum suum ex Adyto templi, et innuit illis.

Pater coecus filium suum recognovit vestis odore.

— 12,94 Equidem sentio odorem Joseph.

Somnus nocte est observandus.

— 30,23 Et inter signa ejus est somnus vester in nocte.

Tristitiam canities sequitur.

— 73,16 Quomodo ergo evitabilis, si fueritis infideles, diem, quae inducet pueris canos, ob magnitudinem timoris?

## Theoria generationis [10]).

Caedes puerorum filii Israel citatis.
(: opinionis causa, femina fabricam solummodo esse generationis:)

— 28,4 maetabat filias eorum et vivas reservabat mulieres eorum.

— 2,49 mactabat filios vestros, et vivere sinebant feminas vestras.

— 40,26 Occidite filios eorum, qui crediderunt cum eo, et vivas reservate mulieres eorum.

— 7,128 Occidi faciemus filios eorum, et vivere sinemus mulieres eorum, et quidem nos erimus super eos praevalentes.

— 7,141 Occidebant filios vestros, et vivere sinebant foeminas vestras:

— 14,7 et mactabant filias vestras, et vivere sinebant mulieres vestras.

Occidite filios eorum — et vivas reservate mulieres eorum. Sur. 40,26

Lusus naturae.

nos certe creavimus hominem ex spermate commixto viri et foeminae, ut probaremus illum utraque fortuna: et fecimus eum audientem, videntem. — 76,2

Theoria generationis valde rudis.

Creavit vos ex pulvere. — 30,20

Certe, nos creavimus illas ex luto tenaci. — 37,11

Creavit vos ex anima una, deinde fecit ex ea conjugem ejus. — 39,7

Nonne creavimus vos ex aqua vili? — 77,20

Et posuimus illam in loco consistendum? — 21

Ex spermate creavit illum. — 80,18

Deinde conformavit illum. — 19

videat ergo homo, ex qua creatus sit. — 86,5

Nos certe creavimus ex pulvere, deinde ex spermate: deinde ex sanguine coagulato: deinde ex frusto carnis, partim formato et partim informi. — 22,5

Et jam porro creavimus hominem ex extracto luti. — 23,12

Deinde posuimus eum sperma in mansione firma. — 13

Deinde creavimus sperma illud in sanguinem coagulatum. Deinde creavimus sanguinem illum coagulatum in frustum carnis; postea creavimus frustum illud carnis in ossa: deinde induimus ossa carne. Deinde produximus illud, quod creavimus, creatione altera, facientes illud corpus animatum. — 14

— et exorsus est creationem hominis ex luto. — 32,7

Deinde constituit generationem ejus ex sanguine coagulato, ex aqua vili. — 16,4

Deus conformavit eum, et insufflavit in eum — 35,11

de spiritu suo, et fecit vobis auditum, et visum, et corda.

Sur. 16,4 creavit hominem ex spermate.

— 35,14 Et Deus creavit vos e pulvere: deinde ex spermate: deinde fecit vos conjuges.

— 36,77 An nondum cognovit homo, quod nos creavimus illum ex spermate?

— 40,69 Ipse est, qui creavit vos ex pulvere: deinde ex spermate, deinde ex sanguine coagulato deinde eduxit vos infantes.

— 75,37 Nonne fuit homo exiguus humor ex spermate, quod spermaticatur [:id est effunditur in vulvam:]

— 38 Deinde fuit sanguis coagulatus: creavitque Deus ex eo hominem, et conformavit aequaliter [:id est cum justa proportione:]

— 96,2 Creavit hominem ex sanguine coagulato.

— 3,59 Adam creavit ex pulvere, deinde dixit ei: esto et fuit.

— 7,12 Creasti illum ex luto.

— 18,38 an non credis in eum, qui creavit te ex pulvere.

Deinde ex spermate, deinde conformavit te in virum?

— 15,26 Et jam quidem creavimus hominem ex argilla sicca, et luto nigro conformato.

— 28 Equidem creaturus sum hominem ex argilla sicca, ex luto conformato.

— 29 cum ergo perfecero illum, et insufflavero in eum de spiritu meo;

— 33 quem creasti ex argilla sicca, et luto nigro conformato.

— 7,173 Et cum accepit Dominus tuus a filiis Adam ex dorsis eorum sobolem eorum [11]).

# Adnotationes.

1) Jejunium saepissime per longum praescriptum, non est abstinentia cibi, imo edere et bibere satis est permissum, nocte vero (comparandum 6. pag. 4.)

2) Comparandum est Pentateuchus.

3) Id est navis cujus signum piscis erat. (D).

4) Exceptis fabulosis, retractiones ex asphixia non fuisse rariores, quia homo in terram conjiciebatur si signum vitae non aderat (comparandum Tab. 8, 11. 12. 13. 14. Act. apost. 5, 5. 6. 10).

5) Comparandum „Hiob: 2, 7. 7, 5. IV. Reg. 5, 27. Deut. 24, 8."

6) Vide: 1. pag. 1.

7) Curationibus magneticis et Psychiatriae auctoritas consequitur permaxima, quia medicina non constitit, et omnia sine scientia et intellectu perpetrata.

8) Medicos non adfuisse verisimile medicaster vero originis divinae esse contenditur.

9) Comparandum Levit. 18, 22. 20, 13.

10) Comparandum: „Exod: 1, 16. 22. Num. 31, 17. 18. Deut. 25, 5. Ruth. 4, 5. Luc: 20, 28. Sap. 7, 2. Genes. 3, 20."

11) Id est theoria involutionis. Dixit Boysen. pag. 159.

„Die Fabel sagt, daß Gott aus den Lenden Adams alle Menschen hätte hervorgehen lassen, welche die Größe der Ameisen gehabt hätten."

# Index.



Appendix.

## Libri quibus usus sum.

Marraccius, Alcorani textus universus etc. (arabic. et lat.). Patavii 1698. fol.

Boysen, der Koran oder das Gesetz für die Muselmänner rc. Halle 1773. 8.

Golius, lexicon arabic.

Erfordiae
Typis Guil. Hennings.